

Sonchus imbricatus Svent, nova spec.

Sectio *Eusonchus* DC.

STIRPS annua vel subperennis, ca. 30 cm. alt., sublignosa cum foliis marcidis ad basim conferta, saepe saepius valde ramificata; ramis tortuosis, quadrangulatis, plus minusve alatis, glabris, perfoliosis, horizontaliter dispositis. Foliis limbo lanceolato, arcuatis, runcinato-pinnatisectis, dorso rhaquideo ad instar alae super caulem decurrente, subcarnosis, virido-glauciscentibus, glabris, divisionibus imbricatis, latè rhomboideo-rotundatis, rusticè anguloso-dentatis, acutiusculis, undulato-revolutis, segmento terminali plus exiguo, apiculato, basilaribus in petiolem latè alatum et semiamplexicaulem attenuatis, divisionibus oppositis aut suboppositis; caulibus cum petiolo valde alato munitis, ad basim magis dilatato-auriculato, amplexicaule-deflexo et rusticè festonato-dentato, divisionibus alternis. Inflorescentia corymbosa, oligocephala, bracteis subsagittiformibus, dentatis, deflexo-revolutis, apice recurvato, ornata; pedunculo cylindrico, densè subtus involucre albo-lanato (aliquando unibracteolato); capitulis 2-3 cm. diam., involucre triseriali, ante florationem ovato-cylindrico; bracteis lineari-lanceolatis, obtusiusculis, herbaceis, glabris, virido-fuscis; receptaculo concavo-infudibuliforme, reticulato-papilloso, post disseminationem deflexo-revolutum; floribus periphaericis ca. 15 mm. long., tubo limbulo ligulae aequante, albo, supernè albobuloso; ligula obtusaque quinque-laciniata, utrinque glabra, deaurata; stigma valde exserto. Achaeniis lanceolato-fusiformibus, 2,5 mm. long., ca. 1 mm. lat., complanatis, pentacostatis, striatis, transversè rugosis, fuscis vel nigriscentibus; pappus heterotrichus, pilis exterioribus mollibus, interioribus rigidiusculis, longioribus, minutissimè denticulatis.

Floret atque fructificat a mense Martio ad mensem Junium.

Habitat in humosis inter rupes abruptas atque ventibus maris valde agitatae.

Locus originis: Archipelagus Canariensis in parva insula "Roque del Este" dicta, ubi legi cum flore et fructu die 16 Aprilis 1954. Valde rara.

EXPLICATIO TABULÆ XXX

Sonchus imbricatus Svent.

α . Planta integra florida et fructigera (magnitudine naturali); β , γ et δ . bractee involucralis (omniae 3 x auctae); ε . flos (3 x); ζ . achaenium (6 x auctum).



Sonchus imbricatus Svent.